

Copy of the 12th: Art: of the Treaty of Utrecht

Dominus Rex Christianissimus, eodem quo
paci presentis ratificationes commutabuntur
die, Domina Regina Magna Britannia
liticas tabulas solennes et authenticas
tradendas curabit, quarum vigore insulam
Sancti Christophori per Subditos Britannicos
sigillatim dehinc possidendam, Novam
Scotiam quoque, sive Acadiam totam
limitibus suis antiquis comprehensam,
et et Potius Regii urbem, nunc Annapolis
Regiam dictam, ceteraque omnia in
istis regionibus, quae ab istis terris et
Insulis pendent, una cum earundem
insularum, terrarum, et locorum dominio
proprietate, ^{possessione} et quocumque jure, sive per
pacta, sive alio modo quæsito, quod Rex
Christianissimus, Corona Gallia, aut
ejusdem Subditi quicumque ad dictas
Insulas, terras et loca, eorumque incolae,
hactenus habuerunt, Reginae Magnae
Britanniae ejusdemque Corona, in
perpetuum cedi constabit et transferri
prout

prout eadem omnia nunc cedit et transfert
Rex Christianissimus, idque tam
amplis modo et formâ, ut Regis
Christianissimi subditis in dictis maribus,
sinibus aliisque locis ad littora nova-
-Scotia, ea nempe qua Curum respiciunt,
intra triginta Leucas, incipiendo ab
insula vulgo Sable dictâ, eaque inclusâ
et Africum versus pergendo, omni piscaturâ
in posterum interdicatur.

Copy of the 12th Article of
the Treaty of Utrecht

No. 12.

2